



## **Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XL. Immanis sicarius, qui eo ebdomadae die, qui Virgini consecratus est, ieiunare assueuerat, non potest absq. confeßionis sacramento interimi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

## MIRACVLA VIRG. XL.

*Immanis sicarius, qui eo abdomadae die, qui Virgini consecratus est, ieiunare assueuerat, non potest absq. confessionis sacramento interiri.*

**N**ARRARE multis solebat doctissimus, & maximè pius uir, sua in p[ro]uincia a deo crudelem homicarium reperiri fuisse; ut ei nihil potius esset, quàm humano sanguine manus foedare. Huius in fidijs inimicorum capto obrucatum est caput. Sed cum prius peccatorum omnium confessio, & intusus dolor praecessisset, Virginis pietates, & clemètia seruata fuit eius anima. Nam, etsi disunctum erat caput, non poterat mori. Interim unus ex inimicis, eius rei timore percussus sacerdotem accersuit. Non audebat propius ad eum accedere sacerdos; nisi prius corpori caput coniunctum fuisset. Eo coniuncto, sanctissimae confessionis sacramenti muneri satisfactum est. Sacerdos percunctatus est à b[ea]to, cur minime interire potuisset. Libet enim illi miraculi ratione, & causam exposuit. Dicebat enim, cum adolescens esset, à multis accepisse, neminem unquam absq. sacramento confessionis diem suum obire posse, qui diem Virgini dicatur, aut Mercurij diem ad ipsius Dei matris memoriam ieiunet. Addebat praeterea, & profitebatur, a se sanctum illud institutum ieiunandi illuc usq. nunquam fuisse intermissum. Illud est quicquid boni in toto uitae cursu ab eo actum fuerat. Absolutus ergo à sacerdote, Deo animam, uti credere pius est, reddidit.